



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Iurisdictione Episcoporum Germaniae

Wintzler, Christoph

Coloniae, 1614

19. An in foro ecclesiastico punitus, in foro saeculari iterum puniri possit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-10387

34 DE IURISDICTIONE

vretur litteris requisitoriis ad judicem laicum
non praceptoriiis, Conar. d. loc. nu. 1. & seq. per c. 1.
¶ ibi gl. x. de offic. ordin. Marta de Iuri d. Eccl. part. 2.

4. cap. 52. nisi facultatem incarcerandi prescripsit.
Let. Clar. & Sbroz. d. loc. vel simul tempore laicalem
Iurisdictionem haberet, vti Episcopi in Germania, inf. tit. 20.
- 5.

TITVLVS XIX.

An in foro Ecclesiastico punitus in foro
seculari iterum puniri possit.

1. In foro pœnitentia pœnam sustinens, in foro fo-
ri aliam sustinere cogitur.
2. Imo in foro Ecclesiastico punitus a iudice laico pu-
niri potest.
3. Sententia in foro Ecclesiastico lata non parit ex-
ceptionem rei iudicatae in laico.
4. Absolutus in foro Ecclesiastico seu pœnitentiae non
obstante documento absolutionis potest accusari
de novo.
5. Nisi imposta pena fit delicto commensurata.
6. Idq; propter authoritates Doctorum seruandum
in praxi.

1. In foro pœnitentiæ pœnam sustinens, in foro
fori aliam sustinere cogitur. c. admonere.
33. q. 2. gl. fin. in c. de his. x. de accusat. diuerso si-
gne & effectu, illam, ut satisfaciat Deo. c. placuit.
21. q. 5. hanc ut reipublicæ. l. licitatio. §. illicite.
ff. de public. quin amplius in foro ecclesiastico
punitus iterum a iudice laico puniri potest. rex.
in 6.

ut. fælicis. §. per hoc. x. de pœn. in 6. Gal. lib. 2. de pac.
pub. cap. 11. nu. 25. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 10.
num. 6. Alciat. in c. dispensiosam. num. 128. & seqq.
vbi hoc communiter receptum ait. x. de offic.
ordinar. quia utriusque Iurisdictio distincta est,
nec sententia in una lata parit exceptionem rei
judicatæ in alia. Clar. in §. fin. quæst. 57. num. 11. &
14 frustra itaque in foro pœnitentiæ vel ecclæ-
siastico absolutus, documentum absolutionis
producit, ea spe & intentione, vt & in foro ex-
terno & seculari absoluatur, cum eo non ob-
stare, de novo accusari & puniri possit, gl. cōmu-
niter recepta, in d. c. de hū. teste Clar. d. loc. nu. 10. &
seq. Couar. d. cap. 10. num. 3. & 6. nisi pœna
per ecclesiasticum imposta esset sufficiens &
delicto commensurata, Philip. Francus. in d. c.
fælicis. §. per hoc in fin. Couar. d. num. 6. arg. 1. re-
scriptum. ff. de his quib. ut indig. quod etsi ex eo,
quasi per canoniam pœnam non sit legi ciuili
satisfactum, dubium reddat, & non verum exi-
stimet. Alciat. in d. c. dispensiosam num. 134. nihilo-
minus propter authoritates Doctorum in pra-
xi seruandum dicit, & hoc indubitate quando
delictum in utroque foro eandem pœnam pu-
ta pecuniariam, & uterque judex jus fisci, præ-
sertim ad unius principis bursam habet.

TITVLVS XX.

De seculari Iurisdictione Episco-
porum.

Episcopus per se non habet secularē Iuri-
dictionem.

C 2

2. Legatus